



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 70. Decreta & recepti Canones ibidem propositi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæcul. XVI. septem animi sui declarationem Sessioni reseruarunt.
A.C. 1563.

§. LXX.

Canones, & Decreta proposita ac recepta.

Pallav. c. 8. n. 4. & 5. Priusquam disciplinæ Decreta deliberationi subijciebantur, primus Legatorum dixit, quod complures senserint præponendam illis esse hanc particulam, *salva semper Apostolicæ Sedis auctoritate*; interim de aliis edixit, quod prudenter cogitaverint, opportunius esse post emendationis totius leges eam apponi: cum enim hæc ætate Pauli III. in principio posita legeretur, foret consentaneum rationi, ut eadem in fine responderet: itaque collectis hanc in rem sententiis, tres supra centum de hoc consenserant: postea vero in Sessione denuo rogati Synodi Patres unaomnes declarabant, hanc clausulam nonnisi in fine esse apponendam. Propositis demum decretis solus Arrius Cagliagus Episcopus Gironensis sese opponendi animum præsetulit; ast a Morono Legato tam acriter reprehendebatur, ut plura addere non auderet: quapropter collectis omnium suffragiis unaomnes, contradicentibus paucissimis, levesque mutationes suggerentibus, decreta receperunt.

INDEX